



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 44. Ejusdem Myst punct. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60232)

## MEDITATIO XLIV.

*De Baptismo Christi. Matth. 3.*

*Myst. punct. 3.*

CONG. Sicut proximè dictum fuit.

PRÆL. I. Quomodo descenderit super Christum baptizatum Spiritus Sanctus.

PRÆL. II. Aspiciere locum baptismi, & Cœlum super eum apertum.

PRÆL. III. Petere gratiam, imitandi proximè Christum, ut cum eo tandem in veram gloriam intrare possimus.

PUNCTUM I. PERSONÆ. MEM. *Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aquâ, & ecce aperti sunt ei Cæli. Matth. 3.*

INTEL. Aperto Cœlo contemplemur cœlites: atque ipsum Deum, cum omnibus cœlitibus, cum gaudio & complacentia aspicientem Christum in illo humilitatis actu constitutum, ex quo implebatur omnis justitia. *Oculi Domini super justos. Pl. 33.* REFL. Nos à nobis avertimus benignos illos Dei oculos ob defectum humilitatis.

VOL. Optemus, ut oculi cœlitum etiam cum complacentiâ nos respiciant, & ut possimus dicere Deo, cum Regio Propheta: *respexisti humilitatem meam, Pl. 30.*

L

PUN-



**P**UNCTUM II. VERBA. MEM. *Es ecce vox de caelis  
dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi  
complacui.* Matth. 3.

INTEL. Hæc vox testatur, Christum esse filium  
Dei: atque adeo Regem, cui Principes, & populi  
omnes . . . reverentiam, & obsequium præstare  
debeant. REFL. Examinemus, quomodo nos ha-  
ctenus reverentiam, & obsequium Regi illi divino  
præstiterimus.

VOL. Excitemus affectum puræ, & benevo-  
læ charitatis, erga Regem tam amabilem; exhibe-  
amus illi honorem, & reverentiam; nosque co-  
tos ipsi devoveamus.

**P**UNCTUM III. OPERA. MEM. *Aperti sunt caeli, &  
vidit Spiritum Dei descendentem sicut co-  
lumbam, & venientem super se.* Matth. 3.

INTEL. Perpendamus quomodo dum Chri-  
stus se in terrâ cum peccatoribus humiliat, è cœ-  
lo non tantum aspectu, & verbis; sed etiam ope-  
ribus, & miraculis exalteretur, misso Spiritu Sancto  
in formâ columbæ. *Qui se humiliaverit exalta-  
bitur.* Matth. 23. REFL. Hinc discamus à contra-  
rio, quàm non simus sanæ mentis, si sub vexillo  
diaboli, per divitias, & honores nos velimus ex-  
altare: Nam scriptum est Matth. 23. *Qui autem  
se exaltaverit, humiliabitur.*

VOL. Abominemur falsam ac vanam mundi  
exaltationem, accusemus insaniam nostram, quæ  
aliquando honoris illo fumo nos oblectavimus:  
humilem Christum deinceps sequamur.

COLLOQ. De duobus vexillis. RECOL.